



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Vrsmarvs C. 18. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

R.
en-
re-
x-
L
uto
or-
idi-
le-
Ex

18 APR.

Sanctorum.

219

Orci misericordia bidinis faces admovere-
ret, incepit HELENVS ad tantas
redegit angustias, ut extra circulum,
quem in arenâ scipione descripscerat,
ne latum quidem unguem aut ungu-
lam ponere sit ausus, donec turpe incen-
dium extingueret. Illud etiam me-
morabile, quod illæsus ignem calcârit,
ut Zaream Hæreticum falsitatis argue-
ret, qui perfidiam suam per flammas
probare non ausus, Catholicæ Religio-
nis, ut veri auri, pretium auxit. His faci-
nibus HELENVS Heliopolitanam
primum mitram, deinde æternitatis
coronam meruit. *Ex vita PP.*

S. V R S M A R V S C. 18. Aprilis.

Quo tempore mater gravei VRS-
MARO ferebat uterum, veneran-
dâ forte canicie senex per visum astitit,
puerulumque, manu gestatum ejus cu-
rae commendavit. Excusanti annonæ
difficultatem panem candidum porre-
xit, novo mox inter manus auctu gran-
descente; prodigiique rationem ad
nascituræ prolis doctrinam retulit,
cum annis ad multorum mortalium
emolumenta amplificandæ. Simul
monstravit enitentem in sublime filio-
lum per scalam cælo insertam. Præsa-
gio fidè adstruxit vita cælitibus quam
hominibus propior: nam Episcopus
tempore succedente creatus, novem
annis

220 *Vitæ Sanctorum.* 19. A P R.
annis à pane humano temperavit, reli-
qui cibi tam modicus, ut validæ mem-
brorum vocisque vires haud immerito
miraculi instar obtinerent. Dæmones
frequenter injustâ corporum humano-
rum possessione dejecit: metu lemu-
rum infestas ædes aquâ lustrali solvit:
morbos curationum fines egressos di-
vinâ sanatione depulit. Porro charitas
servandorumque mortalium studium
in eminentissimum virtutis fastigium
assurrexit, cum esset quotidie enjusvis
hominis salutem sanguine vitâque re-
cuperare paratus. Rerum adversarum
patientia in Iobi comparationem eve-
xit. Obiit anno Christi D. CC. XIII. de
cælo obtainendo sollicitus imprimis, ut
qui jam scalas admoverat, antequam
nasceretur. Ex Rather. Veronense.

S. THEODORVS M. 19. Apr.
THEODORVS cum sacramentum,
quod CHRISTO dederat, Marti ne-
gasset, post fustuarium craticulae inje-
ctus, pice ac sulphure perfunditur. Sed
cum crudelitate hâc tellus commota
è sinu aquas, quæ rogum extinguerent,
effudisset, THEODORVS in columis ad
Marti devotos provocavit; iret ex
omnibus unus aliquis in rogum,
Deumque suum etiam ipse probaret.
Illi causæ diffisi rem ad sacrificulos
rejecerunt. Ex his etiam DIOSCO-
RVS